Tit. V.

De Prætoriis ſtipulationibus.

§. 1. *Prætoria ſtipulatio* dicitur *propriè*, quæ edicto Prætoris interponi jubetur ſub certâ forma, ut

1. *Judicialis*, quæ propter judicium: ut judicatum ſolvi: & quæ ex O. N. N.

2. *Cautionalis*, quæ propter rem: ut de legatis, de tutelâ, rem ratam haberi, damni infecti } hæ novant priores obligationes.

3. *Communis*, quæ propter utrumque, ut judicio ſiſtendi causâ.

§. 2. Satisdationes Prætoriæ fiunt fidejuſſoribus.

NB. in N. O. Nuntiat. qui ſuo nomine cavet, *repromittit*: qui alieno, *ſatisdat*.

De opere publico, eſt *repromiſſio*: de privato *ſatisdatio*.

Damni infecti in ædib9, eſt *repromiſſio*: in flumine publ. *ſatisd.*

Duplæ ſtip. eſt *repromisſio*.

Tit. VI.

Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore.

§ 1 Præſtant hanc *Tutores*

Legitimi & dati ſine inquiſitione.

Non *Teſtamentarii*, *Dati ex inquiſitione* } niſi ex pluribus unus adminiſtret, & quidem

Satisdatò: hodie ſufficit nuda *repromisſio*.

§. 2. Committitur effectivè finitâ tutelâ: ceſſat hîc benef. diviſ.

Efficit ut præſtetur damnum admiſſum.